
V
B J
C

Inc 43 - pierwotnie pozycja "b"
w klocku U.VI.55, zawierającym
ponadto:
a/ Hundt Magnus, Antropologium. Leipzig, W. Stöckel, 1501 Medycyna 5864
c/ Tractatus proportionum. s.l.a. Inc 2698
d/ Matheolus Perusinus, De memoria augenda. Leipzig, Mart. Landsberg, s.a Inc 2902
e/ Huswirt Ioannes, Enchiridion. Köln, H. Quentel, 1501 Matem. 888
f/ Algorithmus linealis. Leipzig, Mart. Landsberg, /ca 1495/ Inc 2685
g/ Computus Nurembergensis. Leipzig, Iac. Thanner, 1499 Inc 40
h/ Iacobi Ioannes, Regimen contra pestilentiam. /Leipzig, ca 1492/ n.o.
i/ Leonicenus Nicolaus, De epidemia. /Leipzig, W. Stöckel, 1499/ Inc 3292

crosz. 4


Procli Diadochi Sphera – Thoma Linacro Interprete. (Lips. Martinus Herbipolens.)

Hain Ludov. Repert. bibliogr. N. 13,387.

Procli Diadochi Sphera

Astronomiam discere inci-
pientibus vtilissima Thoma Linacro Britanno
Interprete: ad Arcturum: Cornubie Vallieqꝫ il-
lustrissimum Principem.






¶ Ad illustrissimũ Arcturũ Cornubie Vallieq3 principem Thome Linacri Britãni in Procli Diadochi sperã pfacio

Cum statuissem Arcture Princeps illustrissime et totius eui tui decus / p mea incredibili erga te pietate summaq3 obseruantia / meaꝝ lucubrationũ monumentum aliquod / tibi nuncupare / succurrebat in primis Procli sphera / dignũ ni fallor op9 / cui tu presertim aliquã partem studioꝝ tuoꝝ impertias Quippe qui scd'us ex omĩ maioꝝ numero extitisti / qui gentili syderis noĩe vocarere. huc accedit quod nõ parũ adiumẽti prestabit / vel ad poetaꝝ lectionẽ (cui te incumbere miro iã successu cepisse intelligo) vel ad celebriũ locoꝝ sit9 natureq3 cognitionẽ. que reliquã q̃ etatẽ / post publicas solicitudĩes iucundissima voluptate recreet atq3 reficiat Neq3 em̃ ea cognitio alia rõe / parabilis est presertim tibi / cui per occupationes Regni / peragrare orbem minime licebit / q̃ ex his libris / qui prorsus intelligi sine sphere noticia nõ possunt Id qd' firmissimis rationib9 addicerem / nisi vererer ne nimium lõga prefatio / operis compendio parum quadraret Feci itaq3 e greco latinũ Proclum de sphera disserẽtem. nõ q' antea latine de ea proditũ etiã ab hoĩe nrãte nõ sit Sz qd' mlto certe melius a Proclo. vt taceã / si quid in nostrate requirim9 / qd' etiã p aliũ e nostris quoquo mõ sarciri / nõ fuerit fortassis alienũ Hãc inclite princeps tua occasione legẽt studiosi. leges ⁊ tu cũ tibi cõmodũ videbit' maxia indidem (nisi nimiũ opis amore labor) cũ spe fruct9 Simul illud interim admonit9 / siq̃d ex ea lingua desideras / in q̃ oĩs hũanitat' monumẽta sunt ꝯdita / qd' vel tuoꝝ publicis studijs / vel tuis / q̃ magis etiã publica sũt / ꝯducere putaris / nõ deesse ex Britannis tuis / q̃ tibi nõ nihil fortassis in ea re gratificari possint Vtinã tã possint q̃ velint Sz nũc Proclũ ipm / si libet loquentẽ audies / p inde tñ / ac si in grecia eẽt Ad cui9 certe horizonta sphera pinxit Qd' ita statim in ingressu opis significasse / nõ fuerit fortassis ab re.

Procli Diadochi Sphera Thoma Linacro Britāno interprete

De Axi et Polis.

Axis mūdi vocatur dimetiens ipsius: circa quā voluitur. Axis extrema poli mūdi seu vertices sunt nominati. horum alter septentrionalis / alter austrinus dicitur Septentrionalis qui semꝑ in nostra habitatione apparet. Austrinus contra: qui semper: vt ad nostrum horizonta: conditur Sunt tamē in terra loca quedam: in quibus polus: qui semꝑ nobis conspicuus est: his qui ibi degūt haudquaꝗ cernitur Qui vero nobis perpetuo occultus est: hisdem conspicuus euadit. Rursus quoqꝫ locum quempiam in terris inuenias: vbi ambo poli equabilem in horizonte situm habent.




¶ De Circulis Sphere.

CIrculoꝝ sphere: aliȷ̃ paralelli siue equidistantes sunt: aliȷ̃ obliqui: aliȷ̃ per polos ducti: equidistā-tes sunt: quib⁹ idē cū mūdo poli sunt. Sūt aūt hi numero quinq̧ Septētrionalis Solsticialis Aequator Brumalis Antartic⁹ Septētrionalis igitꝰ circul⁹ is ē qui oīm: q̄s ꝑpe-tuo cernim⁹: plane maxim⁹ ē: quiq̧ horizonta solo pūcto ꝯtingit: tot⁹ supra terrā intercept⁹ In hoc quecūq̧ clau-

dunt astra nec ortū nec occasum norūt ꝟ circa polū verti to
ta nocte cernūt Porro is circul⁹ i nrō tractu: a priore maio
ris vrse pede describit Solsticialis āt circul⁹ is ē qui oim: q̄
a sole describunt maxime septētrionalis habet In quē cū se
sol recepit: estiuā reciprocacōem pagit Lōgissimusqꝫ toti⁹
anni dies: breuissimaqꝫ nox exit Post hāc āt reciprocacōez
nequaqꝫ vltra septētriōes vers⁹ solē ꝑgredi: quin poti⁹ ad
diuersa mundi regredi: cernas Vñ et tropico grece nomē.
Equator circul⁹ is est: qui maxim⁹ equidistantiū circuloꝝ
statuit Ita nimirū ab horizonte dissect⁹: vt alter ei⁹ semi
circul⁹ supra terrā: alter sub terra cōdat In hoc sol duplex
equinoctiū vernū autūnaleqꝫ facit Brumalis circulus is ē
qui oim circuloꝝ: qui a sole mūdi circūactu describūt maxi
me ad austrū ꝑtinet In q̄ sol brumalē reciprocationē facit:
maximaqꝫ toti⁹ anni nox minimusqꝫ dies efficit Post hanc
metā nequaqꝫ vltra ꝑgredit sol: ꝟ ad alteras mūdi ptes re
uertit Vñ tropic⁹ hic qꝫ: q̄i versibilis appellat. Antartic⁹


ho circul⁹ eq̃lis et equidistās septētrionali circulo ē: et ho
rizonta vno pũcto ꝯtingēs. tot⁹ p̃terea sub terris mersus:
in q̃ sita astra sp̄ nobis occulta manēt Maxim⁹ ãt ex quiqꝫ
meoꝛatis circulis ē equatoꝛ: deinde tropici Minimi vero
(qꝺ ad nrãm habitationē dixerim) arctici Poꝛro hos circu
los citra omnē latitudinē intelligi ꝯuenit rōe cognobiles ex
astroꝝ situ. ⁊ eodē dioptre obtutu: et nrō intellectu delini
atos Sensu eñ vn⁹ lacte⁹ discerni ĩ celo p̄t Reliqui oēs rōe



¶ Cur quinq; dumtaxat equidistantes in Sphera.

Quinq; vero dumtaxat equidistantes circuli describi in sphera solent: quod tamē nō eo valet: quasi hi soli in mūdo equidistantes sint: quippe: cum sol quotidie equidistantem equatori circulum (quod sensu animaduerti licet) mundi rotatu peragat. Quo fit: vt bis centum nonaginta duos equidistantes circulos intra tropicos describat. totidem eñ dies intra reciprocationes numerant: quin et stelle ipe vniuerse in equidistantib⁹ circulis q̄tidie feruntur. nō tamen hi omnes in spheram adhibentur Quod tametsi multis alijs rebus in astrologia conducant (siquidem fieri nequit. vt vel astra probe in sphera locent sine omnibus equidistantibus circulis: vel examussim dierum noctiumq; magnitudines sine isdem inueniantur) tamen quod ad prima astrologie rudimenta non adeo vtiles existimati sint: parum visum est eos in spheram adscribi. Quinq; vero equidistātes circuli ob certa compendia: que

astrologie tyronibus afferunt: optimo iure in spherā sunt
adhibiti. Septentrionalis enim astra: que nobis ꝑpetuo
cernuntur: definit. solsticialis tropicus: solis reciprocati
onem ꝯtinet. finisqʒ est eiusdem ad boreā transitus Aequa
tor circulꝰ equinoctia cōplectit. Brumalis tropicꝰ solis ad
austrū ꝓgressi meta ē: ⁊ brumalē eiꝰ reciprocationē in se hʒ
Antarticꝰ circulꝰ astra q̄ nr̄m ꝯspectū fugiūt termināt Ita
qʒ cū his: q̄ p̄mis astrologie rudimentꝭ imbuēdi sunt: certa
emolumēta suggerāt: merito ī sperā ꝯiectos: q̄s dubitet ?



¶ De occultatione et emersu equidistantium.

v Erum ex memoratis quinqꝫ equidistantibus cir
culis: Arcticus sane supra terram totus existit.
Solsticialis autem tropic⁹ bipartito ab horizonte scindit.
maiore eius parte supra terram cōspicua: minore subter oc
culta Neqꝫ tamen in omī tractu: vrbeue similiter circulus
hic ab horizonte secatur Sed pro climatum varietate: va
riam sectionum exuperantiam sortitur: his quoqꝫ: qui pro
pius septentriones agunt: inequabilius ab horizonte scin-
ditur Nec finis; donec eo loci ventum sit: vbi totus supra
terram emineat Qui vero ad austrum magis vergūt: his
profecto ꝑ equabiliores partes ab horizonte diuiditur: do
nec ad plagam quandam ventum sit: nobis certe australē
in qua tropicus ab horizonte per equas partis secatur. At
in nostra habitatione: ita solsticialis ab horizonte scindit.
vt vniuerso circulo per octo partis dissecto: quinqꝫ supra
terram appareant: tres sub terra lateant Sane ad hoc cli-

ma dixerisse stilum Aratus videtur: cum phenomena con-
scriberet In quibus cū de solstitiali tropico disserit ita ait

Quos versus nos ita vertimus.

Huius in octonis dissecti partibus alta
Terrarum invisunt quinqꝫ: tres ima frequentant
Alterni et phebi reditus celebrantur eodem.

Quanqꝫ ne dissimulandum censuerim eosdem antea a Ger-
manico Cesare in Arato suo latinos in hunc modū factos

Hunc octo in partis siquis diviserit orbem.
Quinqꝫ super terras semper fulgere notabit.
At tres sub terris: brevibusqꝫ latere sub umbris.
Hoc Cancrum tetigit cum Titan orbe: timere
Aestatem rapidam: et solventes corpora morbos.

Quos eo libentius Arcture decus commemoravi: ut intel-
ligas maximos principes: quorum gloriam te non solum e-
quaturum: sed etiam superaturum auguror: huiuscemodī

studiis fuisse delectatos Ex hac divisione sequitur maximũ diem horarum equinoctialium quindecim esse : noctem vero novem In Rhodio autẽ horizonte ita tropicus ab horizonte dirimitur : vt cum circulus vniuersus in octo et quadragita partis secet̃ : vnde triginta sectiones supra horizontem appareant : vndeuiginti sub terra lateant Ex qua divisione fit : vt apud Rhodios longissimus dies horas equinoctiales quatuordecim habeat : nox novem . addit̃ hinc inde semissibus vnius hore singulis Aequator vero circulꝰ per vniuersum terrarum orbem ita ab horizonte dividitur. vt semicirculus eius supra terram extet : semicirculus sub terra linquatur Quo fit : vt in hoc circulo equinoctia fiãt Brumalis autem tropicus ea ratione ab horizonte intersectus est : vt minor e sectionibꝰ supra terram habeatur : maior sub terra Inequabilitas vero sectionum eandem in omnibus climatibus varietatem habet : quam etiam in solsticiali tropico diximus . semper enim respondentes ex aduer-

so tropicoꝝ sectiones equales inter se sunt Eoq̧ sit vt max imus dies maxime nocti equalis euadat Antarcticus autē circulus totus sub horizonte latet.

De magnitudine equidistantium.

Sed ex quinq̧ iam memoratis circulis: quorun dam magnitudines per vniuersum terrarum orbem eedem sibi constant Nō nulloꝝ pro climatibus mutā tur Alijsq̧ maiores: alijs minores circuli euadunt Tropici enim & equator pares per totum orbem magnitudines ser uant. Arctici magnitudine euariant. cum alibi maiores: alibi minores cernātur Quippe his qui septentriones ver sus degunt: maiores septentrionales fiunt. cum polo ma gis in altum sublata arcticum circulum: qui horizonta cō tingit: necesse sit assidue maiorem fieri. Hijs vero qui ma gis esset ad septentriones vergunt: interdū solsticialis tro picus in arcticum plane abit. Fitq̧ vt duo circuli septētri onalis: tropicusq̧ coeant: pro vnoq̧ habeantur. Adeo cū

magis etiã ad septentriones acceditur: maiores solsticiali tropico septentrionales reddunt. Nec finis: donec eo ven tum sit: vbi quoniam polus supra verticem conspicit: sep tentrionalis in horizontis locũ cedit: eiq; in mundi rotatu coniungit equatoris plane magnitudine. fitq; vt tres cir culi septentrionalis, equator, & horizon eundem sitũ posi tũq; optineãt. Rursus autem hijs: qui ad austrũ habitãt poli humiliores fiunt. septẽtrionales vero circuli minores finis autem decrementi ẽ locus ad austrum nobis situs sub equatore: in quo poli sub horizonte habent. Septẽtriona les autem circuli prorsus euanuere. Ita ex quinq; equidistã tibus tres deniq; superãt. nempe cũ equatore tropici duo.

De numero equidistantium.

Neq; enim ob ea que dicta sunt quinq; perpetuos equidistantes existimandum. Sed pro nostra habitatione numerum eorum existere. quippe quibusdam in horizontibus tris dumtaxat equidistãtes inuenias. Sũt

sane et supra terram habitationes: quarum prima est: in qua solsticialis circulus horizonta contingit: et pro arctico plane habetur. Secunda: quam sub polo appellāt. Tertia: de qua pauloante retulimus quā sub equatore nominant

De ordine equidistantium.

Hocirca nec ordo quinque equidistantiū circulorū idem apud omnes est sed in nostro tractu primū sane septentrionalem dixeris. Secundum solsticialē. Tertium equatorem. Quartum brumalem. Quintū antarcticum. At hijs: qui propius: quam nos septentriones incolūt primus interdum solsticialis tropicus numeratur. Secūdus septentrionalis. Tertius equator. Quartus antarcticus Quintus brumalis circulus. Cum nanque septentrionalis solsticiali capatior euadit: necesse ē memoratū ordinē seruari

De potestate equidistantium:

Iam vero nec potestates eorūdem equidistanciū eedem. Nam qui nobis solsticialis circulus habe-

tur. Antipodibus certe brumalis efficitur: contra qui illis solsticialis est: nobis brumalis redditur. Sed qui sub equatore degūt: hijs vniuersi tres circuli viribus plane solsticiales sunt: vtpote sub ipsam solis orbitā incolentibus. Quāquam si ad se inuicem conferantur: qui nobis pro equatore statuitur: solsticialis vicem optinet. Ambo vero tropici ꝑ brumalibus cēsentur. Nanqꝫ is demum natura solsticialis circulus: perpetuaqꝫ ratione in toto terraꝝ orbe dici potest quā proxime habitacionē habetur. Quo fit: vt hijs: qui sub equatore agunt: equator ipse pro solsticiali statuatur: vtpote in quo sol supra verticem agitur. pro equatoribus autem omnes equidistantes circuli: velut per equas partes ab horizonte dissecti.

De interuallo equidistantium.

Sed nec interualla circuloꝝ in toto orbe a se inuicem stata sunt Verum pro spherarum descriptione ad huncmodum dispensari solent. Diuiso in sexagin-

ta partis meridiano quouis circulo: septentrionalis circulus a polo sexagesimarum partium sex intervallo describitur Idem in alteram partem a solsticiali circulo sexagesimarũ partiũ quinqȝ intervallo notatur Equator ab vtroqȝ tropicorum sexagesimis quaternis distat. Brumalis circulus ab antarctico sexagesimis quinqȝ Antarcticus a polo sexagesimis sex Neqȝ tñ in omni plaga vrbeue eandem intercapedinem inter se seruant. Sed tropici ab equatore parem in omni inclinatione distantiam vendicant Idem autem ab arcticis nõ parem per omnes horizontas: sed alibi minorem: alibi maiorem. Ita demum et arctici a polis non parem in quauis inclinatione distantiam seruant: sed alibi maiorem: alibi minorem habent. Sphere tamen omẽs ad grecie horizonta describuntur.


De Coluris.

Sunt et per polos ducti circuli quos nonnulli coluros vocant. His accidit: vt in ambitus suos:

mundi polos recipiant. Coluri autē dicti sunt: quod par
tis aliquas in se minime conspectas habent Reliqui enim
circuli in mundi circumactu integri cernuntur Sed coluro
rum partes quepiam: que videlicet: ab antarctico sub ho
rizonte latent: cerni non possunt. siguantur autem hi cir
culi per tropica pūcta. diuiduntq; per duas equas partes
circulum: qui per media signiferi ducitur.

De Signifero.

O Bliquus circulus is est: qui duodecim signa con
tinet ex tribus equidistantibus circulis cōstans.
Quorum duo latitudinem signiferi determinant: vnus ꝑ
media signa ductus vocatur. hic adeo duos pares et equi
distantes circulos attingit: solsticialem in prima Cancri
parte: brumalem in Capricorni principio Latitudo signi
feri continet partes duodecim Dictus est autem hic circu
lus obliquus: quod equidistātes ad inequales angulos in
tersecet.




De horizonte.

h Orizon vero circulus est: qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit. Itaq in duas partis universam spheram secat: vt alterum hemispherium supra terram: alterum sub terra relinquat Est vero horizon duplex alter qui sensu vsurpatur: alter qui sola racione percipitur Ergo sensibilis horizon est: qui a nostro visu in termino visionis circumscribitur Hic adeo non am


plius duum milium stadiorum dimetientem habet. Qui autem ratione percipitur: ad fixarum stellarum spheram pertinet: mundumque totum in duo secat Nec vero per omnem tractum vrbemue: idem horizon est. Sed sensu idem quadringentis fere stadiis manet Quo fit: vt dierum longitudo: et clima: et apparentie omnes eedem sibi cōstent. Aucto vero stadiorum numero: pro habitationis diuersitate: Horizon Clima: omnes denique apparentie: mutantur Conuenit tamen: vt habitationis vltra quadringenta stadia mutationem ad austrum boreamue accipiamus. Siquidem: qui eundem equidistantem incolūt: in quamlibet magno stadiorum numero: horizonta quidem diuersum habent: clima vero idem: et apparentias omnes similes Dierum tamē exitus initiaque haudquaquam is qui eundem equidistantem habitant: eodem temporis momento eueniunt. Verum si exacte rationis examini stare velimus: pro quolibet puncto: in quauis orbis parte mutati situs hori-

zon: clima et apparentie omnes euariant Horizon vero ea ratione in spherarum descriptionem nō adhibetur: quod reliqui circuli oēs ab ortu ad occasum circūacto mundo vna rapiunt Horizon suapte natura quietem amat: eodez semp seruato situ Si itaq horizon in spheras adderet: circumactis his etiā eū moueri: & nōnūq supra verticem esse accideret Id qd certe tum captum omnem superat: tum a sphere ratione abhorret. Verū non incommode situs eius ab alueo in quo sphera reuoluitur: intelligi solet.



¶ De meridianis circulis.

MEridianus circulus est: qui per mundi polos et punctum quod nobis supra verticem eminet: ducit̃. In quẽ cũ sol incidit: medios dies mediasq; noctes efficit Hic etiã circulꝰ: immotꝰ in mũdo est. Vno eodẽq; in tota mũdi vertigine seruato positu Nec in spheris: qui astris insigniuntur adscribitur. quod et immotus sit: et nullam mutacionem recipiat. sed (quod sensu vsurpari possit) trecentis fere stadijs idem meridianus manet. Rationis tamen scrupulosiore indagine ad quemuis gressum qui ortum versus occasumue dirigitur: nouus meridianꝰ notatur. Ad austrum enim boreamue quantumuis progrediare: etiam si decem milium stadiorum interuallum intersit: idem meridianus seruatur. cum ab ortu ad occasum itur: mutatur.



De lacteo circulo.


Bliquus etiam est et lacteus circulus: hic itaq̧ supra tropicos obliquatus cernitur. Constat autem ex tenui nebulosa substantia. Vnus certe celestium circulorum conspicuus. nec certe latitudine desinitus: sed aliqua sui parte latiore: aliqua angustiore. Quo minus equidem in plerasq̧ spheras adscribi solet. Est autem vn⁹

e numero maximorum circulorum, quippe cum maximi circuli in spheris dicantur: quibus idem centrum cum sphera est. Sunt porro maximi circuli septem. Aequator. Signifer. Qui per media signa ducitur. Qui per polos ducitur Cuiusq; habitationis Horizon. Meridianus. Lacteus.

De quinq; zonis

Otius terre superficies spherica est. et diuiditur in zonas quinq;. Ex quibus due sunt: que circa polos describuntur: Frigide dicte quod maxime absunt a solis orbita. Eedem ob frigoris iniuriam parum habitate Determinantur aūt polos versus: arcticis circulis. Que vero post has deinceps habentur: quod mediocriter ad pretereuntem solem sunt site: temperate appellantur. Habentq; in celo limites arcticos: tropicosq; circulos: quib9 interiacent. Reliqua: que inter memoratas quatuor medium locum tenet: quod sub ipso solis transitu iacet: torrida nuncupatur: A terrestri equatore in duas partis diuisa

Is porro sub mundi equatore porrigitur. sed ex temperatis altera a nostri orbis hominibus incolitur. ipsa longa prope centum milibus stadiorum: Lata fere dimldio.



¶ De signis celestibus.

s

Igna stellis insignita dividuntur in partis tris Quedam enim in signifero locata sunt: quedaz septentrionalia vocantur: quedam austrina. Que itaqz

In signifero sita sunt: duodecim animalia sunt: quorum
nomen clarius alibi diximus. In hijs duodecim stelle que-
dam sunt: que ob quasdam quas referunt notas: proprias
appellatiões meruerũt. Siquidem sex numero: que in tau
ri dorso visuntur. Pleiades nominantur. Quinqz vero:
que in capite tauri cernuntur. Hyades dicuntur. stella ve-
ro: que pedes geminorum precedit. Propus quasi prepes
vocatur. que vero in Cancro nubeculam referunt. Prese-
pe vocanẽ At due que iuxta presepe collocate sunt: Aselli
dicuntur. prenitens autem sydus: quod in corde leonis no
tatur: gentili cum loco nomine leonis cor dicitur. a non-
nullis regia stella: qꝺ qui sub ea nascunẽ: regiã natiuitatẽ
sint nacti. Sed que in virginis summa: sinistra manu he-
ret: fulgida sane stella: spicam nominant. Stellula vero:
que iuxta virginis dextram alam figitur. Protrigetes dicẽ
At quatuor stelle: que in summa aquarij dextra visuntur:
Vrne nomen habent. Que vero a piscium caude partibus

site deinceps sunt: grece lini: latine linee: vel: vt quibus-
dam placet: lineole nuncupantur. Sunt itaq; in austrina
linea stelle nouem. in septentrionali quinq;. Sed preful-
gens sydus: quod in summa linea cõspicitur: grece syndes-
mos: latine nodus nuncupatur. Septentrionalia sunt:
quecunq; ad septentrionem signiferi situm habent. Sunt
autem hec Vrsa maior Vrsa minor Draco: qui inter vrsas
locatur: Arctophylax: Corona: Engonasin: Serpenta-
rius: Serpens: Lyra: Auis: Sagitta: Aquila: Delphi-
nus: Protome: hippi: hoc est prior equi portio Juxta hip
parchum equus: Cepheus: Casiepeia: Andromeda: Per
seus: Auriga: Deltoton. Et qui postea a Callimacho in
astra relatus est: Berenices crinis Jn his rursus stelle que
dã ob notas quasdam integras: quas in se continẽt propri
as appellationes sunt sortite Nam insigne sydus: quod su
pra media arctophylacis crura iacet Arcturus appellatur
Clara autem stella: que iuxta lyram posita est: totius sig

ni nomine lyra dicitur Que vero in Persei summa sinistra spectantur: gorgonee nomen habent: sed que in summa eius dextra notantur. Stellule certe crebre paruequ falcem conficiunt. At illustre sydus: quod in Aurige sinistro humero cernimus: capram nominamus. Duas vero exiguas stellas que in summa eiusdem Aurige manu figuntur: hedos dicimus. Austrina signa sunt: quecumque ad meridionalem signiferi partem sunt posita. Eorum nomina hec sunt. Orion: Procyon: Lepus: Argo: Hydra: Cratera: Coruus: Centaurus: Fera quam centaurus tenet. Thyrsolochus: quem centaurus prefert. Thuribulum: Austrinus piscis. Cetus: aqua: que ab aquario funditur. Flumen quod ab Orione defluit. Australis corona: quam nonnulli vraniscum vocauere: ac si a celo diminutiuum declines: et iuxta hipparchum caduceus. In hijs quoque stelle quedam propria sibi nomina vendicauere. Quippe Lucida stella: que in Procyone cernitur: Procyon appellatur.

Que vero in ore canis conspicuo splendore aspicitur: qđ q̄ estus incrementa secum afferre putatur: canis eodem quo totum signum nomine censetur. At sydus quod in summo argus gubernaculo fulget: canobus nominať: hic in Rhodo egre conspicitur: aut certe ab editis locis. In alexandria vero prorsꝰ non cernitur: vtpote vix quarta signi portione: supra horizontem extante.

¶ Introductoria additio ad precedentia.

Ircul⁹ ē figura plana vna quidē circumducta linea ꝯtenta: i cui⁹ medio pūct⁹ ē: a quo oīēs recte linee ad circūdantē lineā educte adinuicem sunt equales.

¶ Figura plana ē c⁹ mediū ñ subsultat egrediēue ab extremis.

¶ Circūferētia circuli ē linea circulū ꝯtinēs: hoc ē: ē linea illa ad quā oēs recte linee a cētro circuli eiecte adinuicē sūt eq̄les que ⁊ ambit⁹ circuit⁹: curuaturaqꝫ: ⁊ circul⁹ nōnūq̄ꝫ dicit

¶ Centrum circuli est punct⁹ ille: a quo oīēs recte linee ad lineā circulum continentem educte adinuicem sunt equales

¶ Dimidi⁹ circul⁹ ē figura plana diametro circuli et medietate circūferētie ꝯtenta ¶ Diameter circuli ē que cūqꝫ linea rctā p cētrū circli trāsiēs vtrinqꝫ ad circūferētiā circli eiecta.

¶ Linea recta est a puncto ad pūctum extensio breuissima.

¶ Solidū: corp⁹ lōgitudīe: latitudīe: altitudīeqꝫ dimēsū

¶ Altitudo: crassities: profunditas.

¶ Angul⁹ ē duaꝝ lineaꝝ mutu⁹ ꝯtact⁹: ē eīm figure pticula a linee ꝯtactu i amplitudinē surgēs ¶ Angul⁹ rect⁹ ē angul⁹ ex linea sup̄ lineā cadēte: ⁊ vtriqꝫ altrinsec⁹ duos adiuuicē eq̄les angulos faciēte causat⁹: vt angul⁹. a d b. ⁊ angul⁹ a d c

¶ Quem si due recte linee continent angulus rectilineus noīat: si aūt eū linee curue ꝯtinēt angulus curuus: speralisqꝫ dicet. Linea curua: circūferētia aut circūferētie portio est

¶ Angul⁹ obtusus est angul⁹ qui est recto maior: vt angul⁹ e d b. ꝯtinet eīm angulū rectū. a d b. et insup angulum. e d a.

¶ Angul⁹ acut⁹ ē āgul⁹ recto minor: vt angul⁹. e d c. Cōtinet eīm angulus rect⁹. a d c. angulum. e d c. et insuper angulum. a d e. et anguli recti equales: normalesqꝫ dicuntur Obtusi autem et acuti: obliqui: inequalesqꝫ.

¶ Integꝝ ē res tota aut rei ps q̄ sexagenaria pticōe nō ꝑucit

¶ Minutum est sexagesima pars integri.

¶ Secundum est sexagesima pars minuti.

¶ Tertium est sexagesima pars secundi. ⁊ ita deinceps scdm naturalem numeri semp qꝫ vnitate crescentem multitudinē.

¶ Dies partitur in vigintiquatuor horas Hora in sexaginta minuta. Minutum in sexaginta secunda. Secundū in sexaginta tertia Et ita deinceps scđm naturalē numerorꝫ seriem quo fit vt hora: secūda ꝯtineat. 3600. et tertia. 216000.
¶ Signū ē duodecima pars circuli ¶ Gradus ē tricesima pars signi: at triginta duodecies multiplicata. 360. reddūt quo fit vt iterū recte diffiniat̄ gradus esse tricentesima sexagesima pars circuli Item et grad⁹: partes circuli nūcupant̄
¶ Frangitur ergo circulus in duodecim signa. Et signum in. 30. gradus: et gradus in. 60. minuta: et minutū in. 60 secunda: et secundum in. 60. tertia: et hoc pacto deinceps.
¶ Animaduerte tñ ī hac fractiōe sexagenaria: si frāgit̄ hora fragmēta illa minuta horaria: scđa ꝛ t̄tia horaria dicūt̄. et si frāgit̄ signū: dicūt̄ minuta: secūda t̄tia signi et ita deinceps
¶ Abaci physica racio in sexagenaria collectione (que fit addēdo) atqꝫ sexagenaria mutuacōe (que fit distrahēdo) intelligit̄ ī q̄ summopꝫ curandū ē: vt integra: similia sub similib⁹ integris collocent̄: ꝛ similes minutie sub si̾lib⁹: vni⁹ eiusdēqꝫ denoīacōis minutijs: suis quidē interuall̄ distincte Minutie sunt minuta: scđa: tertia: q̄rta: quīta ꝛ ita deinceps Et in eisdē interuall̄ spacijsqꝫ denaria collectiōe aut mutuacōe: q̄ vulgaris ē: vtendū ē. ꝛ ē a tenuiorib⁹ minutijs collectōis: distractiōisqꝫ inchoand⁹ labor: vbi causa volo ī vnū colligere: hoc ē simul addere duos p̄mos subiecte formule nūeros: q̄rū vn⁹ s̄pior: ꝛ alter inferior collocatur: aut minorem a maiori subducere: addo subducoqꝫ vt subiecta monstrat formula.

¶ Hoc mō fit phisica additio

Sig.	Gra.	Mi.	Scđa	Terti.
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
1	45	25	17	2

¶ Terti⁹ numer⁹ subter: ex duobus superioribus additione colligitur.

¶ Hoc mō fit phica distractō

Sig.	Gra.	Mi.	Scđa	Tert.
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
0	4	11	57	38

¶ Terti⁹ numer⁹ subter: ex duobus superioribus distrahendo relinquitur.

